

Quest'opera fece con parco arbitrio e religioso amore lo Stefanovich, conservando de' canti del popolo anco certi idiotismi e irregolarità, che alla storia di tutte le lingue slave possono giovare anch'essi.

. . . . . Carminis est lex  
 Heroici, dena ut concludere syllaba versum  
 Debeat. Interdum est similis vocum exitus; idque  
 Versibus in binis sibi succedentibus usque ad  
 Finem aliqui servant: multi hoc ab more recedunt;  
 Arbitrioque cadunt cantantis verba. Soluti  
 At seu sunt versus, . . . . .  
 . . . . . simili aut ratione cadentes,  
 Constanti debet semper praecedere lege  
 Quemlibet ex illis, et claudere continuato  
*Oh* quoddam tractum sic spiritu, ut exanimari  
 Cum plane id reris, crispa tum voce vibrissent,  
 Attollantque notis adeo altis ac peracutis,  
 Ut credas ululare lupos. In carmine cantus  
 Heroo semper celer est, insuave sed illud  
*Oh* trahitur. Veterum heroum, sua quos peperit gens,  
 Praeclara assidue decantant facta, virile  
 Nempe in bellis robur, amicitiasque, fidemque;  
 Mortem obitam ob patriae vel libertatis amorem;  
 Si quis et hospitio, mensaque exceptit amica  
 Heroas fato profugos, indignaque passos:  
 Atque alia id genus attollunt ad sidera. Casus  
 Lamentari etiam tragicos juvat. Harmonicum autem  
 Quo canere est mos, instrumentum, *Gusla* vocatur,  
 Simplice praetentum chorda, quae constat equinae  
 E pilis caudae quampluribus: ad feriendum  
 Utuntur plectro, similis quod prorsus obarmat  
 Chorda quoque. Hoc pauci, cantantum magna licet vis,  
 Rite sonant . . . .